Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



155

se in basan. Tribus ysachar qui merces inter
pretatur: recte illi celestium spirituum cho
ri nuncupantur: qui p fidei & dilectionis
sue constantia eterne beatitudinis premian
tia a creatore deo remunerantur: Tribus aser
que beatus ul beatitudo interpretatur: recte
illi celestium ciuium chori uocantur: qui ue
ra beatitudine creatoris sui gracia ab eterno
sublimantur: Tribus neptalim qui dilatatus
dicitur: recte illi celestium spirituum chori uo
cantur: qui in perfecta creatoris sui dilectione
& in eterne sapientie contemplatione dila
tantur: Dimidia tribus manasse qui oblit
interpretatur: recte illi celestium spirituum
chori appellant: q & si non habent quod
de propria infelicitate obliuiscantur: pas
sectum tamen compassionis quodammodo
dimidiantur: dum electis hominibus sui
quandoq; futuris consortibus adhuc in
terra laborantibus misericordie inclu
nantur: Merari amarus uel amaritudines
interpretatur: per quem ordo doctorum figu
ratur: qui continua huius uite amaritudi
ne sauciatur: filii merari urbes duodecim
dantur: dum bonis doctoribus qui huius
uite amaritudines sentiendo lamentant
uel fides spes & caritas ul conuersio. proba
tio. & perfectio. uel continentia. oratio. & me
ditatio. ul sacrificium contritionis. sacrificium
pietatis. sacrificium laudis. in consolatione
dantur: quibus uti ciuitatum presidiis san
presentia muniantur: Per cogitationes suas:
per gemine compunctionis mensuras. De tri
bu ruben. & gad. & habulon: de illis celesti
um spirituum choris. qui creatoris sui ui
sione letantur: quia ruben uidens filius
interpretatur: qui ad diuine uoluntatis
ministerium. & ad humane infirmitatis auxi
lium accingantur: quia gad accinctus dicitur:
qui per gratiam creatoris habitaculum sunt fortu
tudinis. quod habulon interpretatur: Dant si
lui sibi leuitis ciuitates & suburbana earum: quia
sancti angeli eterne contemplationi infixi
ministrant electis. ad dei seruitutem assumptis.
celestium mysteriorum cognitiones. que sunt ue
re salutis munitiones. & suburbana earum. que
sunt tegumenta litterarum. Sicut precepit do
minus per manum moysi: sicut decreuit ds. dando
legem moysi in monte synai. Singulis sorte
tribuentes. a strepitu curarum mundanarum
remotis. & singularitate dedicatis per xpi passio
nem que per sortem exprimitur: cuncta sapien
tie beneficia. & uirtutum presidia distribuen
tes. Secvitvr.

De tribvs vs filiorum iuda & symeon.

dedit iosue ciuitates. quarum ista sunt nomina:
filius aaron per familias caath leuitici generis. In
ma cui sors illa egressa est cariatharbe. patris enach.
que uocatur ebron. in monte iuda. & suburba
na eius per circuitum. agros uero & uillas eius de
derat caleb filio iephone. ad possidendum. De
dit quoq; filius aaron sacerdotis ebron. confugii ciui
tatem. ac suburbana eius. & lebna cum suburba
nis suis. & iether. & isthmon. & holon. dabir. & aim.
& hiezan. & bethsames. cum suburbanis suis ciui
tates nouem: de tribubus ut dictum est duab.

De tribu autem filiorum beniamin. gabaon. &
gabee. & anathoth. & almon. cum suburbanis
suis ciuitates quatuor. Omnes simul ciui
tates filiorum aaron sacerdotis tredecim. cum sub
urbanis suis.

Sat iosue ciuitates: quia filius dei tribuit
sancte scripture munitiones. De tribubus
filiorum iuda & symeon: de possessione illa